

Meritabat. Distinguebatur vero, quia hostia pacifica offerrebat pro beneficiis acceptis, vel accipiendis; sacrificium vero pro peccato in ipius expiationem.

Denique ex sine dividebatur in sacrificium propitiatorium, seu hostiam, que pro peccatis preteritis offerebatur. Eucharisticum, quod & honorarium, seu gratiarum actionis dicebatur, offerebaturque pro acceptis beneficiis in communi: pro beneficiis vero in particulari, erat hostia pacifica, ut fuit agnus Paschalis in memoriam specialis beneficii Egyptiacae liberationis. Impetratorium, quod erat pro futuris donis impetrandis, vel malis vitandis & praeveniendis.

Ceterum in lege gratia omnia haec sacrificia cessarunt, effectusque superstitiosum aliquo ex illis uti: quia adest perfectissima hostia, & sacrificium corporis & sanguinis Christi Domini, quod in tot illis legalibus sacrificiis figurabatur, atque ita debent cessare figurae, existente veritate. Unde ait Ecclesia in quadam collecta: *Deus qui legalium differantiam hostiarum unius sacrificii perfectionis sensisti* &c. Tridentinum sess. 22. cap. 1. exponens de Sacrificio Missae prophetiam Malachiae de oblatione mundi in omni loco offerenda nomini Domini, concludit: *Hae denique illa est quae per varias sacrificiorum, naturae & legis tempore, similitudines figurabatur, utpote quae bona omnia, per illa significata, vocat illorum omnium consummatio & perfectio completitur.*

21 Oblatio, ut distincta a sacrificio, est actus quo res exterius Deo offerimus sine mutatione earum facta. Ita S. Thomas 2. 2. q. 86. art. 1. in corpore ubi sic habet: *Nomen oblationis commune est ad omnes res quae in cultum Dei exhibentur, ita quod si aliquid exhibetur in cultum divinum, quasi in aliquod sacrum quod inde fieri debet, consumendum, & oblatio est, & sacrificium. Unde Exodi 28. dicitur: Offeret votum artem in incensum super altare: oblatio est Dominus odor suavitissimus vestimenta Dei. Et Levitic. 2. dicitur: Anima cum obulerit oblationem sacrificii Domino, similia erit eius oblatio, si vero sic exhibetur ut integrum maneat divini cultui dependendum, vel in usu ministrorum expendendum, erit oblatio, & non sacrificium.*

22 Huiusmodi simplicis oblationis fit saepe mentio in Scripturis: nam Levitic. 13. praecipitur oblatio de manipulis novarum spicarum, & Deuteronom. 26. iubentur filii Israel tollere de cunctis frugibus suis primitias in cartallo, & ferre ad sacerdotem, qui ponat ante altare Domini. Et ad Hebraeos 5. sic dicitur: *Omnis Pontifex ex hominibus constituitur in his quae sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Ubi pro dona, quae distinguit Apostolus a sacrificiis, intelligit simplices oblationes primitiarum, aliarumque rerum: quae non adolebantur aut consumebantur in sacrificium, sed integra Deo offerrebantur ad usum sacerdotum & templi, ut Theophylactus & alii Patres exponunt.*

23 Votum definitur a D. Thoma 2. 2. q. 88. art. 2. & art. 5. in corpore. *Promissio Deo facta ad ejusdem Dei cultum. Dicitur promissio, quia est voluntas obligatoria, differreque a simplici proposito, quod est sola voluntas & destinatio aliquid faciendi. Unde idem Sanctus Doctor loco citato articulo primo comparat promissionem cum imperio, in eo quod quemadmodum aliquis per imperium obligat aliam, in quem habet potestatem; ita per promissionem obligat seipsum ad aliquid faciendum, vel omittendum; eademque de causa dici solet, votum esse legem privatam, quam quisque sibi ipsi imponit, & qua seipsum obligat ad aliquid. Dicitur autem hac promissio fieri Deo, quia licet non modo votum coram Sanctis & Praeatis fieri possit, ut eorum reverentia moveat ad eas observationem, sed ipsa actus etiam promissio possit ad ipsos immediate dirigi, atque ad eorum cultum & observantiam referri: ut patet in voto solemnium quod in nostro Ordine emittitur, in quo sic dicitur: *Primum obedientiam Deo, & Beato Patri, & Beato Dominico, &c. nihilominus hac promissio prout fit Sanctis, non habet rationem voti formaliter, sed tantum materialiter, ut docet S. Thomas loco citato art. 5. ad 3. quatenus ut fit vere & proprie votum, debet adijungi tacite vel expresse alia promissio, qua promittimus Deo nos id facturos quod promittimus Sanctis; & hac promissio, quae fit Deo, est votum, & pertinet ad religionem; quae vero fit Sanctis, non est votum per se, sed materia voti, seu alterius promissionis Deo factae, illi veluti materiae rationem voti formaliter afferentis: unde non cadit sub religione, sed sub dulia, hyperdulia, iustitia vel fidelitate, ut dicunt Salmaticenses in Tractatu de Virtutibus, exponentes generalem divisionem omnium virtutum. Dicitur tertio hac promissio fieri Deo, ad ejusdem Dei cultum: quia cum votum fit actus religionis & laetiae, est ordinatio eorum quae quis voverit in divinam cultum & obsequium. Unde existimo quod si quis promittendo Deo perpetuam castitatem, nullo modo intendere debet Dei honorem, sed tantum majorem temporalem commoditatem, aut quid aliud, ille non proprie voverit, neque talis promissio esset indispensabilis ab Episcopo, sicut est verum votum perpetuae castitatis.**

Juramentum est assertio divini nominis, vel invocatio divini nominis, ad fidelem faciendam, promissionem re firmandam. Unde secundum substantiam est actus intellectus, quaedamque locutio, qua Deum vocamus in testimonium confirmandam veritatem, fidelitatemque nostram in verbis & promissis; & quia huiusmodi invocatione profitemur divinam excellentiam, spectat elicite ad religionem, sicut de oratione & voto diximus. Debet autem juramentum, ut religiosum sit, tria observare, nempe veritatem, iustitiam, & iudicium, secundum illud Jeremiae 4. *Jurabis, & vis Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia. Veritas requiritur, quia Deus non nisi verum potest testificari: iustitia, quia non vult suo testimonio alicui iniuste noceri: iudicium, quia Dei testificatio irreligiose adducitur super re admodum levi, vel ubi nulla est necessitas.*

Adjuratio fit cum aliquem ad quippiam faciendum, vel omittendum obtestamur per Deum ipsam, ut ejus amor, timor, aut reverentia efficaciter eum permoveat, ut aliqui videatur non satis magis facere supremam ejus maiestatem, vel ut ejus timorem illi incutiamus. Hanc vero actum pertinet ad religionem patet, quia per se facti ad cultum Dei, quod honoramus hoc ipso quod maiestatem ejus reverenter interponimus, ut alius ejus respectu, vel terrore moveatur. Esse autem speciem ejus actum, & distinctum ab aliis; dubitari nequit, nisi de duobus, juramento scilicet & oratione. Differunt nihilominus a juramento, quia juramentum usurpamus ad nos ipsos obligandos, vel ad aliquod confirmandum per Dei veracitatem & auctoritatem; ad juramentum autem, ut alium obligemus aut adigamus ad aliquid faciendum, vel ad quippiam omittendum, propter reverentiam aut terrorem divinae maiestatis. Ab oratione vero differunt, quia adjuratio fieri potest imperando, non deprecando, & tunc factum est actus specialis; & omnino diversus ab oratione; quando vero fit deprecando, addit simpliciter orationi oblationem.

Ultimus actus religionis est invocatio, seu assumptio divini nominis per laudem, de qua agit Sanctus Thomas 2. 2. quaest. 91. artic. 1. ubi docet divini nominis laudes, hymnis, canticis, aliisque similibus modis celebrandas esse; non quidem ut Deo, qui cordium est creator, quam de ipso habemus opinionem ingracemus; sed ut nostros, audientiumque animos ad eum amandum, venerandumque excitemus. Et quamvis Deus ut et in seipso, utpote ineffabilis & incomprehensibilis, proprie laudari non valeat, sed fit major omni laude; secundum effectum tamen, qui ab illo in nos proveniunt, possumus ipsam laudare, juxta illud Isaiae 63. *Laudem Domini annuntiabo super omnibus quae reddidit nobis Dominus, ut declarat Sanctus Doctor articulo citato in resp. ad 1.*

DISPUTATIO IV.

De aliis virtutibus iustitiae annexis.

Explicata definitione religionis, & praecipuis ejus actibus tam internis, quam externis, breviter agendum est de aliis virtutibus iustitiae annexis, quae partes ejus potentiales appellari solent. Unde fit

ARTICULUS UNICUS.

Aliae partes potentiales iustitiae breviter explicantur.

Praeter religionem, quae inter partes potentiales iustitiae primum locum obtinet, plures aliae assignari solent, nimirum poenitentia, pietas, observantia, obedientia, gratitudo, vindicta, veritas, amicitia, liberalitas, de quibus agit S. Doctor 2. 2. a quaest. 101. usque ad 123. praeterquam de poenitentia, cujus tractationem rejectit ad q. 85. tertiam partem, ubi etiam nos de illa dicemus.

Post religionem ergo, & poenitentiam, quae sunt in ordine ad Deum, sequitur pietas, per quam parentibus debitus cultus officiumque tribuitur: parentes enim sunt veluti secundarii quidam divi respectu filiorum, tamquam secundaria principia essentiae & vitae; unde representant ipsi quodammodo ipsum Deum, qui est primarius & summus omnium Pater. Et ob hanc rationem (ut recte observat Philo in lib. de Decalog.) post praecipua prima tabulae, quae ad cultum Dei pertinent, primum secundae tabulae institutum fuit de honore parentibus exhibendo. Quia vero in consanguineis parentum sanguis invenitur, idcirco pietas aliquatenus quoque ad consanguineos extenditur, tamquam perseros primario illo fontali jure, quo parentibus obstringimur. Illa quoque respicit patriam: quia haec etiam aliquo modo est ortus principium, & quia parentes fovet, & opporuna ad ortum & educationem praebet. Unde Hierocles dissertatione de observantia in patriam, sic ait: *Est patria, per Jovem, vel alterum quidem Deus, & primus maximusque parens, quare qui nomen ei impoluit, a re ipsa tenere non patriam cognovit, vocabulo quidem a patre dedit.*

deducto promissio tamen feminina terminatione, ut ex utroque parente mixtum esset. Atque hoc ratio significat, patriam enim ex aequo duobus parentibus calendam esse. Praeferenda igitur omnino est patria utriusque parentum socium; & ne simul quidem parentes ambo par est majoris fieri, sed aequali honore dignari.

Pietatem sequitur observantia, per quam homines aliqua dignitate excellentes, cultu quodam & honore prosequimur: sicut enim parentibus & patria, quia sunt principia naturalis esse & educationis, debemus peculiare obsequium & cultum, pro quo exhibendo constituitur pietas, ita superioribus, quia auctores sunt nostrae gubernationis, & directionis, per leges, per praecipua, per consilia, per doctrinam, &c. debemus specialem honorem, ad quem praestandum ponitur observantia. Nec solum personas in dignitate jam constitutas a quibus de facto gubernamur, observantia cultu prosequimur, sed etiam omnes virtute, sapientia, aliaque perfectione insignes, quatenus ratione talis perfectioris apti sunt nos dirigere, & idonei ad nobis praeducendum, dignique ad quorum exemplum conformare nos nitamur: subindeque honorem & cultum merentur, tamen non tantum, quantum ii quia actu nobis impendunt gubernationis beneficium, polleantque in nos auctoritate & potestate: iis siquidem colendis & observandis actus obstringimur, quippe qui acta in nos conferant gubernationis beneficium. Cave tamen ne putet observantiam respicere huiusmodi beneficium, & in ejus compensationem intendere, id enim spectat ad gratitudinem. Observantia itaque respicit beneficium illius fontem, seu excellentiam & potentiam, ex qua tale beneficium prodit, vel prodire aptum est.

Comes observantiae est obedientia, utraque enim respicit superiorem, cum hoc tamen discrimine, quod observantia illam ut praecellentem respicit, obedientiam vero ipsam inspicit ut potentem obligare ad aliquid faciendum, vel praetermittendum; unde per se respicit praecipuum, ut praecipuum est, eaque intentione operatur, ut illud implet, subindeque specialis est virtus: quia etiam ad omnium materiam se extendit, in omnibus tamen unum inspicit rationem formalem, quae est superioris praecipuum, in cuius adimplentione, formalissime ut tall, splendet specialis honestas, praeter honestatem ipsius rei praecipuae.

Vis autem praecipui supponit jus & potestatem regendi, quae ex triplici capite provenire potest. Primo ex ratione causae & effectus, nam causa naturaliter habet potestatem in suum effectum, & hac ratione Deus potest imperare omni creaturae rationali, quae est auctor illius, ipsa vero opus Dei & figuratum: idemque suo modo competit parentibus in filios. Secundo id convenit ratione totius & partis, eo quod pars naturaliter subdit toti, & regatur ab illo, & hoc modo Respublica habet auctoritatem & potestatem in singula membra. Tertio provenit ex ratione agentis & patientis, vel instrumenti; agentis enim est movere & dirigere patientem, sicut & causa principalis suum instrumentum; sic maritus competit potestas in uxorem, domino in servum, hero in famulum, &c.

Alligantur pro perfecta obedientia, tres conditiones. Prima est quod sit caeca; non quod homo non videat quid exequatur, quomodo enim aliquo ageret? aut quod temerarie & caeco modo irruat in executionem, sive honestam, sive illicitam (id enim longissime abest ab eo qui ex virtute, & secundum recta rationis regulam operatur) sed quod rationes praecipui, sui motiva quae superiorem induxerunt ad praecipuum, dum illicium esse non constet, praecipui ab eo qui locum Dei tenet. Unde Gregorius in 1. Regum lib. 2. cap. 4. *Vera obedientia nec praesertim intentionem discit, nec praecipua discernit; quia qui omne vis sua iudicium majori subdit, in hoc solo gaudet, si quod sibi praecipitur, operatur, nescit enim iudicare quisquis, perfecte dicitur obedire. Quia hoc tantum bonum putat si praecipit obediat. Hanc obedientiam Sanctus Doctor docet 1. sub finem, vocat indifferantem & aliquo ullo delecta, quasi diceret excoctam & caecam; nam oculus mentis est discretio, ut Cassianus collat. 2. cap. 2. notavit. Eam valde commendat Umberto lib. 5. de erudit. relig. part. 2. cap. 16. ubi recte admonet non posse regularem fieri ut iumentum apud Deum, nisi quod alligatus ad molam trahendum volvendam equis sollemne est, sensus ac iudicium sui oculos oculos, immo, ut ipse loquitur, erutos abeat.*

Secunda conditio obedientiae est ut sit prompta ad executionem, ut nec praecipuum differat, nec tergiversetur, neque excuset, nec lente & cum torpore ad opus accedat. Immo praevocatio praecipui, seu executio actus, quia cognoscitur placere superiori, etiam nondum praecipuum promenti, praestantissimum obedientiae exercitium consistit, & illius actus heroicus illius: sicut enim qui ante tempus conditum anticipat solutionem, elicit actum perfectae iustitiae; ita qui praecipuum iustum, elicit vere actum obedientiae, & quidem perfectissimum. Unde Bernardus sermone ad milites templi: *Tantum* (inquit) *habetur.* Genes, Tom. IV.

buit obedientiam, ut vitam quam ipsam perdere maluerit, factus obediens usque ad mortem.

Tertia est, ut sit fortis in opere praecipuo aggrediendo, & perseverando in illo, ne propter rei difficultatem ab obediendo resiliat; exemplo Salvatoris & Redemptoris nostri, qui factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, ut ait Apostolus; Sive qui (ut loquitur Bernardus) ne perderet obedientiam, perdidit vitam.

Obedientiam S. Augustinus, & D. Thomas ceteris virtutibus moralibus praerite videntur, eique palmam concedere: ille enim lib. 1. contra Advers. cap. 14. *Obedientia* (inquit) *maxima est virtus, & ut sic dixerim omnium erige materque virtutum, in ea natura, cui sic datum est arbitrium libera voluntatis, ut eam eorum necesse sit vivere sub potestate melioris. Iste vero hic quaest. 104. art. 3. haec scribit: Per se loquendo laudabilior est obedientia virtus, quae propter Deum continentem propriam voluntatem, quam alia virtutes morales, quae propter Deum aliquam aliam bonam continentur. Existimo tamen illos SS. Doctores non velle praerere obedientiam religioni (praesertim cum S. Thomas hic quaest. 81. art. 6. religionem omnibus virtutibus moralibus absolute anteponat) sed eam esse obedientiam praestantiam arbitrari, ut solis virtutibus Theologicis, & religioni credere videretur.*

Sexta pars potentialis iustitiae est gratitudo, ad cuius munus pertinet beneficium ab alio acceptum recognoscere, & pro eo siquid benefactori rependere, nempe gratiarum actionem, obsequium, cultum, vel aliud beneficium. Hoc enim rationi consentaneum est, ut offendit D. Thomas hic quaest. 106. art. 3. hoc dicitur: *Omnis effectus naturaliter ad suam causam convertitur, unde Dionysius dicit 1. cap. de divin. nomin. quod Deus omnia in se convertit tanquam omnium causa: semper enim oportet quod effectus ordinetur ad finem agentis. Manifestum est autem quod benefactor, in quantum huiusmodi, est causa beneficiarii, & ideo naturalis ordo requirit, ut ille qui suscepit beneficium per gratiarum recompensationem convertatur ad benefactorem secundum modum utriusque, & sicut de patre dicitur est superior, benefactori, in quantum huiusmodi, debetur honor & reverentia eo quod habet rationem principii.*

Tres autem veluti gradus gratitudinis distinguit ibidem artic. 2. Primus est beneficium agnoscere, & memoria tenere. Secundus est verbis hoc ipsum declarare, benefactorem laudando, & gratias ei agendo. Tertius, factus, seu rebus aliquid retribuere, pro loci, temporis, aliarumque circumstantiarum ratione, sive hoc sit honor & reverentia, sive auxilium, & sustentatio. De gratitudine quam Deo debemus ob beneficia ab eo accepta, eleganter differit Bernardus serm. de quadruplici debito, ubi haec habet: *Cui ei donavero quidquid sum, quidquid possum, nonne istud totum est sicut stella ad Solem, gutta ad fluxum, lapsus ad montem, granum ad acervum? Non habeo nisi minuta duo, immo minutissima, corpus & animam, vel potius unum minutum, voluntatem meam; & non debi illam ad voluntatem illius, qui tantus tantillum tantis beneficiis praevocit, qui zero se totum me comparavit?*

Septima est vindicta, quae quodammodo se habet ad mala accepta, sicut gratitudo ad beneficia, quatenus utriusque est vicem rependere: sicut enim gratitudo bonum reddit pro bono, ita vindicta malum pro malo, scilicet malum poena pro malo culpe; idque ut restus ordo servetur, & quod extra ordinem recti per culpam prolapsum est, ad illum per poenam revocetur. Sic Deus peccatores, qui ab ordine pulcherrimo iustitiae & legum deviarunt, per culpam prolapsi sunt peccando, ad ordinem ipsius iustitiae reducit puniendo, ut nihil in mundo remaneat informe, sed omnia pulere suis locis & gradibus adaptentur. Unde Augustinus concione 1. in Psalm. 38. *Iniquitas omnis, parva, magnaue sit, puniatur necesse est, aut ab ipso homine puniente, aut a Deo vindicante.*

Sed advertendum est cum Cajetano, hoc peculiare esse in virtute vindicationis, quod persona in qua residet non possit per seipsum consummare actionem propriam talis virtutis (intellige de consummatione includente etiam actum externum; nam intrinseca bonitas ut ipso virtutis subiecto complere habetur) quia materiae ejus est malum poena, quod nullus privata auctoritate infligere potest: unde executio vindictive iustitiae solum debet fieri a iudice, cui est auctoritas puniendi malefactorum.

Octava est veritas, seu veracitas, quae nos facit dicere 8 verum, vel (quod idem est) veritatem & notitiam intellectum conceptam facit nos ad extra fideliter significare, recte utendo verbis & signis, quae nobis data sunt ad manifestandum alteri internos conceptus & iudicia, ita ut his exteriora signa conformentur; hoc enim vocatur dicere verum. In quo datur specialis honestas requirens specialem virtutem affinem iustitiae: est enim fidelitas haec manifestatio valde necessaria ad humanam societatem, atque adeo debita, debito saltem honestatis, his quibus convivimus, & cum quibus conversamur. Ad eam reducitur fides, seu fidelitas in promissis: est enim veritatis, seu veracitatis pars, quod factum promissioni respondeat.



9. Nons est amicitia, seu affabilitas, que est virtus, qua quilibet convenit se habet ad alios homines in communi conversatione, tam in dictis, quam in factis, ita scilicet ut neminem verbo aut gestu offendar, & vicissim ipse aliorum dicta & facta sine offensione admittat. Ad quod licet non teneamur debito rigoroso, bene tamen debito honestatis, sicut teneamur verum dicere, cum fuerit loquendum.

De hac virtute sic egregie Ambrosius lib. 2. de officiis cap. 7. "Nihil tam utile quam diligit, nihil tam inutile quam non amari: nam odio haberi exitiale ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus ut omni sedulitate commendamus existimationem opinionemque nostram; ac primum placiditate mentis, & animi benignitate in fluamus in affectum hominum: popularis enim & grata est omnibus bonitas, nihilque quod tam facile illabatur humanis sensibus. Ea si mansuetudine morum, facilitate animi, moderatione precepti, affabilitate sermonis, verborumque honore, patienti quoque fermum voce, modesteque adjuvetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis. Legimus enim non solum in privatis, sed etiam in ipsis Regibus, quantum facilitas blande affabilitatis profuerit; aut superbia, verborumque obsequer timor, ut regna ipsa labefactaret." Quod exemplo Moysi & Davidis quantum ad affabilitatem probat; Quorum ille (inquit) sic sibi totius plebis mentes devinxerat, ut plus eum pro mansuetudine, quam pro factis admirarentur: ille tam facilis effectus, & mansuetus in imperio, ut eum & filii parentes, & parentibus filii anteferrent; indeque Saul graviter indignatus contra Jonatham, quod apud eum plus valere amicitiam David, quam pietatem paternam judicabat.

10. Ultima pars potentialis iustitia est liberalitas, qua versatur circa divitias, illas ut decet expendendo, & aliis distribuendo: hac enim non est vera species iustitie, sed pars ejus potentialis; seu virtus iustitie annexa; quia liberalis dat quod est suum, quodque non debetur alteri, nisi ex quadam honestate seu decentia; iustitia vero prestat alteri quod ei legaliter debetur.

Observanda vero est distinctio actus liberalitatis ab actu beneficentie, vel caritatis, & misericordie: nam quatenus donatio fit reprimendo concupiscentiam pecunie, ne ipsa plus equo ametur, & propterea retineatur, est actus liberalitatis; quatenus fit ex bono affectu, ut eum cui donatur, est actus beneficentie, vel caritatis; quatenus vero fit ex intentione relevandi miseriam alterius, est actus misericordie.

DISPUTATIO V.

De fortitudine, & virtutibus illi annexis.

Præter virtutes, que nobiliores & spirituales anime nostre potentias (intellectum scilicet & voluntatem) perficiunt, dantur alie, que coercent, vel restituant passionem appetitus irascibilis, & concupisibilis, ne bonum rationis impediatur, & ab ejus electione & prosecutione voluntatem avertant. Ut enim egregie suo more discit S. Thomas hic quæst. 123. art. 1. "Ad virtutem humanam pertinet, ut bonam faciat hominem, & opus ejus secundum rationem esse. Quod quidem tripliciter contingit: uno modo secundum quod ipsa ratio restituitur, quod fit per virtutes intellectuales; alio modo secundum quod ipsa restitudo rationis in rebus humanis instituitur, quod pertinet ad iustitiam; tertio modo secundum quod tolluntur impedimenta hujus rectitudinis in rebus humanis ponenda. Dupliciter autem impedit voluntas humana, ut rectitudinem rationis sequatur: uno modo per hoc quod trahitur ab aliquo delectabili ad aliquid aliud quam rectitudo rationis requirit, & hoc impedimentum tollit virtus temperantia: alio modo per hoc quod voluntatem repellit ab eo quod est secundum rationem, propter aliquod difficile quod incumbit, & ad hoc impedimentum tollendum requiritur fortitudo mentis, qua scilicet hujusmodi difficultatibus resistit, sicut & homo per fortitudinem corporalem impedimenta corporalia superat & repellit.

Porro quia difficilissimum est sustinere tristitia, & ad ardua ferri (quod præstat fortitudo, frenando passionem circa hæc objecta) quam a delectabilibus abstinere, eisque frui cum ea moderatione, quam temperantia indicat, ut Philosophus 3. Ethic. cap. 9. observat; ideo prior loco statuitur fortitudo, posteriori temperantia, de qua disputatione sequenti dicemus.

ARTICULUS I.

Definitio fortitudinis explicatur.

Fortitudo ex Tullio hoc modo definitur: Fortitudo est considerata periculorum suscipio, & laborum perpessio. Vel aptius ex D. Thoma: Fortitudo est virtus existens in irascibili, coercens timorem, & audaciam moderatam, insensibilis periculis.

Dicitur primo virtus, quia ut idem Sanctus Doctor hic quæst. 123. art. 2. ostendit, fortitudo specialis virtus est, importans specialem honestatem. Ubi enim est peculiaris difficultas in retinendo rationis præscripto, ibi nobis opus est peculiaris virtute: At in periculis moribus adeest specialissima difficultas, ut quis decenter & iuxta rationis præscriptum, tam interior, quam exterior se gerat; nam vel excitatur ingens timor ad mali fugam, quem difficilissimum est ita coercere, ut non perturbetur; & ad aliquid indecorum compellatur; vel excitatur motus audacia ad mali repulsum, qui etiam moderandus est, ne temere in periculum præcipitet, vel utraque affectu alteretur animi motibus, & veluti inter se conflictibus exortitur; & tunc utramque simul iuxta rationis regulam temperare oportet: Opus igitur erit peculiaris virtute, que hæc difficultates superet, prædictoque motus secundum rationem moderetur.

Dicitur secundo, existens in irascibili, ut non solum a concupisibili excludatur fortitudo, sed etiam a voluntate, in qua nullam ponimus virtutem; que sit primario ad moderandas anime passiones. Etenim virtus ibi duntaxat ponenda est, ubi ejus bonum consummatur: bonum autem prædictæ moderationis non consummatur in voluntate, sed in appetitu sensitivo, cujus virtus actus ipse passiones. De quo fuit in Tractatu de virtutibus in communi, disp. 2. art. 2.

Tertio, dicitur coercens timorem, & audaciam moderatam: quia sicut pericula non aliter separant voluntatem a bono rationis, nisi vel incutiendo nimium timorem, quo plus æquo formidantur, vel nimiam audaciam, qua immoderate & impudenter invaduntur; sic fortitudo non aliter firmat animum in illis, quam reducendo utramque passionem ad debitam mensuram. Magis tamen spectat ad fortitudinem diminuer timorem, quam audaciam; quia magis est ad stimulantem & roborandum, quam ad detinendum & coerendum, sicut temperantia & conversio magis est ad detinendum & refragandum, quam ad stimulantem & stimulantem: ideoque ista ponitur in concupisibili, que maxime indiget freno, propter vim & allicientiam boni concupisibilis; illa vero in irascibili, cui propter difficultatem objecti ardui potissimum calestribus opus est.

Ex his facile intelliges, quodnam sit objectum materiale & formale virtutis fortitudinis: objectum enim materiale illius duplex est, unum remotum, & aliud proximum: illud periculis & malis, præsertim gravissimis, cujusmodi sunt moribus pericula, continetur: istud vero consistit in affectibus timoris & audacie, que circa illa pericula versantur. Objectum vero formale fortitudinis est specialis illa honestas, que in hujusmodi passionum moderatione præluceat.

ARTICULUS II.

Actus virtutis fortitudinis.

Assignatur fortitudini duplex actus, scilicet aggredi, & sustinere: ratio enim dicitur aliquando pugnandum esse pro boni defensione, ut impugnetur arceantur & exterminentur; & tunc opus est aggressionem foris & prudenti, qua fit per audaciam moderatam: aliquando vero, & frequentius dicitur esse patienter sustinendum, ut manifestetur affectus voluntatis erga bonam virtutem, qui tantus est, quantum tale bonum æstimat, ut quantumvis impugnetur, ab illo non recedat.

Si autem quæras, quis ex illis duobus actibus difficilior & principalior sit? Respondeo perfectionem aggressionem esse potius. Ita expresse docet Aristoteles 3. Ethic. cap. 9. relatus a D. Thoma hic quæst. 123. art. 6. his verbis: Sicut Philosophus dicit in 3. Ethic. fortitudo est magis circa timores reprimendos, quam circa audaciam moderandas: difficilissimum enim est timorem reprimere, quam audaciam moderare, eo quod ipsum periculum, quod est objectum audacie & timoris, de se conferat aliquid ad repressum audaciam, sed operatur ad augmentum timoris. Aggredi autem pertinet ad fortitudinem, secundum quod moderatur audaciam: sed sustinere sequitur repressum timoris, & ideo principalior actus fortitudinis est sustinere, id est immobiliter stare in periculis, quam aggredi.

Idem confirmat 3. Ethic. lect. 18. hoc discursu: Timor (inquit) immovet hominem ab aliquo periculo contra ipsum invadente; audacia autem confertur ex eo quod aliquis obstat.

DISPUTATIO VI.

De Temperantia, & partibus ejus.

Hæc est postrema inter Cardinales virtutes, de qua Philosophus 3. Ethic. cap. 10. & D. Thomas hic a quæst. 141. usque ad 171. De hac etiam eleganter dixerit S. Prosper lib. de vita contemplat. cap. 19. ubi sic ait: Temperantia moderatum, pudicum, verecundum, serium facit. Hæc si habitat in animo, libidines frenat, affectus temperat, desideria sancta multiplicat, vitiosa castigat: omnia intra nos confusa ordinat, ordinata corroborat: cogitationes pravæ removet, inserit sanctas; ignem libidinosæ voluptatis extinguit, animi teporem desiderio future remunerationis accendit, mentem placida tranquillitate componit, & tutam semper ad omni vitiorum tempestate defendit.

De hac ergo mirabili ac perutili virtute breviter hic agemus: & primo quidem objectum ejus materiale & formale exponemus: deinde de partibus ejus subjectivis & potentialibus differemus.

ARTICULUS I.

Assignatur objectum materiale & formale temperantia.

Temperantia sumitur dupliciter: primo late, prout in qualibet materia constituit actus humanos in debita mensura; quo pacto non est habitus specialis, sed generalis conditio omnium virtutum: secundo strictè, prout determinate habet retinere appetitum sensitivum in concupiscentiis & delectationibus corporalibus, que maxime vim habent deducendi a bono rationis, & sic est virtus specialis. Ubi enim specialis honestas est, quod suum cuique reddatur, quodque nemo iniuste ledatur, sic & in eo quod homo recte ac moderate se gerat circa delectationes corporeas, non obsequendo sensui, sed rationi: Ergo sicut iustitia est aliqua virtus specialis, ita & temperantia, ut docet D. Thomas hic quæst. 141. art. 2.

Materiale objectum talis virtutis sunt quidem delectationes corporeæ, non tamen omnes, sed illæ dumtaxat que ex cibo & potu, & rebus veteris percipiuntur, ut docet idem S. Doctor eadem quæst. art. 4. ubi sic dicitur: Temperantia est circa concupiscentias & delectationes; sicut fortitudo est circa timores & audacias: fortitudo autem est circa timores & audacias respectu maximorum malorum, quibus ipsa natura extinguitur, que sunt pericula mortis: unde similiter oportet quod temperantia sit circa concupiscentias maximarum delectationum; & quia delectatio consequitur operationem conaturalem, tanto aliquæ delectationes sunt vehementiores, quanto consequuntur operationes magis naturales. Maxime autem naturales animalibus sunt operationes, quibus conservatur natura individui per cibum & potum, & natura speciei per conjunctionem maris & femina: & ideo circa delectationes ciborum & potuum, & circa delectationes venerorum, est propriè temperantia.

Ex hoc inferi in casu ejusdem articuli, quod quia delectationes que ex cibo & potu, ac rebus veteris percipiuntur, consequuntur sensum tactus, delectationes tactus sunt proprie objectum materiale temperantia. Quam doctrinam desumpsit ex Aristotele 3. Ethic. cap. 10. ubi hæc scribit: "Circum hujusmodi igitur voluptates temperantia & intemperantia versatur, que ceteris quoque animalibus communes sunt, servilesque ob id & ferine habentur. Hæc autem sunt tactus & gustus, sed gustatu parum vel nihil uti videntur: quippe cum gustatus judicium saporis sit id quod faciunt illi qui vel vina explorant, vel obsoletia condunt. At non admittunt hæc oblectantur, vel non quatenus intemperantes, sed fructione ipsa que tota per tactum efficitur in cibus, in potibus, & his que veteris nuncupantur. Unde gula deditur quidam Philoxenus Eryxius, gutture sibi longius gruis collo dari optabat, utpote qui tactu oblectaretur, circa quem intemperantia versatur." Quibus verbis aperte Philosophus docet temperantiam proprie circa tactibilia versari, non quod non versetur circa gustabilia, sed quia delectationes gustus est sensus tactus consequuntur, ut confirmat vox illa Philoxeni, græque quam homo dignior, collat gruis, ut diutius ipsi saperent cibi, expolentis.

Advertendum tamen est, quod licet virtus temperantia primario & per se circa tactibilia versetur, secundario tamen in moderanda oblectatione aliorum sensuum versari potest, nimirum quatenus illorum objecta ad voluptatem tactus vel gustus, mediante imaginatione incitant: ejusdem enim virtutis est moderari finem, & ea que sunt ad finem. Unde per accidens aliqui possunt dici intemperantes ex delectationibus circa odores, & alia a tactibilibus

ma enim quam invadit, suam non excedere potestatem. Difficilis parva est pars contra fortiores, quam insurgere in aquilam, vel minorem.

Accedit quod ille qui sustinet, sentit jam pericula imminenti: qui vero aggreditur, habet ea a futura: difficultas autem est, majore prout fortitudinis signum, non moveri a presentibus, quam a futuris.

Adde etiam, quod aggressio est plene voluntaria, quod non parum immovet difficultatem, atque etiam laudabilitatem. Unde de sustententia universæ valet, quod signum de sustententia rapina, ad voluntariam rei suæ erogationem comparata, dicit S. Chrysostomus homil. 10. in 2. ad Theliam, Rapturam propter Deum sapienter ferre, majus est, quam sponte beneficere. Quamobrem, eo quod hoc quidem potius fructus est, & voluntarius, unde & facile fit; istud vero vis est & violentia. Et facilius quis mille talenta sponte dabit, & nihil se passum esse putabit, quam ut tres edat, præter animi sustententiam abreptos, manifeste ferat. Itaque istud magis est animi Philosophia. Item Gregorius hom. 35. in Evangel. expendens illud Proverb. 16. Melior est parvus viri forti, & qui dominatur animo suo, expugnator urbium, subdit: Melior est ergo victoria urbes expugnare, quia extra sunt que vincuntur; majus autem est quod patientiam vincitur, quia ipse a se animus superatur, & semetipsum sibi metipsum subjicit, quando enim patientia in humilitate tolerantie seruat.

Ex his intelliges, actum principalissimum fortitudinis esse martyrium: quippe cum illud non in aggrediendo, sed in sustinendo consistat; unde D. Thomas hic q. 159. art. 2. ad 3. sic ait: Principalior actus fortitudinis est sustinere, ad quem pertinet martyrium, non autem ad securarium actum ejus, qui est aggredi.

ARTICULUS III.

Virtutes fortitudinis annexæ.

1. Virtutes fortitudinis annexæ quatuor recensentur a D. Thoma quæst. 128. art. unico, videlicet magnanimitas, magnificentia, patientia, & perseverantia. Quam divisionem sumpsit, ex Tullio lib. 2. de invent. cap. 2. Ad hæc vero quatuor reducit plures alias a Macrobio & Andronico enumeratas. Nam Macrobius lib. 1. in somnium Scipionis ponit septem partes fortitudinis, scilicet magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, constantiam, tolerantiam, firmitatem. Andronicus etiam ponit septem virtutes annexas fortitudinis, que sunt Euphychia, Lema (non autem) ut corrupte legitur in multis exemplaribus, Lenia) vox autem Græca Lenia, latine significat animi constantiam, & promptam audaciam; magnanimitas, virilitas, perseverantia, magnificentia, andragathia.

Notat vero D. Thomas hujusmodi virtutes spectari posse, vel prout versantur circa materiam fortitudinis, id est circa pericula gravissima, qualia sunt pericula mortis; vel prout versantur circa materiam minus difficilem quam sit materia fortitudinis, in eaque fortitudinem imitantur. Si primo modo considerentur, vult eas esse partes integram fortitudinis, id est virtutes necessarias ad officium integram fortitudinis, quasque priores se tenere, ex parte aggressionis, posteriores vero ex parte sustententia. Ex parte enim aggressionis primo requiritur, quod fortis magnus habeat animum ad magna & ardua secure aggredienda, & hæc est magnanimitas: secundo, quod non deficiat in executione illorum, & ita est magnificentia, que est virtus magnorum operum factiva. Ex parte vero sustententia requiritur primo, ut animus difficultate presentium malorum non frangatur per tristitiam, decidatque a sua magnitudine, & hæc est patientia: denique ut ex dimtura difficultum passione non fatigetur, nec ab illorum sustententia desistat, & ita est perseverantia.

Si autem virtutes ille spectentur prout versantur circa pericula minora, quam sit mortis pericula, & alia minus gravis & molesta, ac denique circa materiam in qua minus est difficultas, sunt partes potentiales fortitudinis, quia ipsam imitantur, licet ejus rationem non assequantur. Hæc D. Thomas, qui earundem virtutum naturam ita luculenter exponit quæst. 129. & sequentibus, ut illis diutius immorari non sit opus.

Solum hic subjiciamus quæ de virtute perseverantia docet Bernardus Epist. 129. ubi illum quodammodo fortitudinis ornamentum, ceterarumque item virtutum quoddam coronamentum esse docet, his verbis: "quid restat (inquit) nisi ut admodum de perseverantia, que sola meretur viris gloriam, coronam virtutibus? Prolixius absque perseverantia nec is qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur: Vigor virtutum, virtutum consummatio est; nutritrix ad meritum, & mediatricis ad premium. Soror est patientia, constantia filia, propinquaculum sanctitatis. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam; nec quidem fortitudo."